



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Scholia In Primarias Preces Imperatoris**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

XVII. Preces Cæsareæ an sint juris favorabilis, an juris odiosi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

*Precista  
fallit  
crimino-  
sus an a-  
liar. Pre-  
ces à Ce-  
sare im-  
petrare  
pōtūt.*

Verum è diverso quæritur, si Precista fiat inhabilis, vel irregularis, aut cri-  
men commisit, quod privationem inducit ipso iure, sicque nominatione sua  
exciderit, an is postea alias Preces à Cæsare impetrare poterit? Pro negativa  
facit quod si rursus admittatur, ludibrio erit prior privatio, c. commissis, de E-  
lectio. in 6. Clem. ne in agro, §. ceterum, de statu Monach. L. prator, ff. de iudic. Nihilominus affirmativa verior est, probaturque argumento à contrario sensu: nam  
si quis fuerit adeptus secundum beneficium incompatible cum primo, ipso  
iure est privatus primo, ad quod redire non potest sine nova collatione, Ex-  
tr. avag. execrabilis, §. statuimus, de preb. ergò à contrario sensu cum nova colla-  
tione redire poterit, per c. 2. de renunciat. atque ita pari ratione poterit alias no-  
vas Preces impetrare, earumque vigore beneficium obtinere.

*An Cæsar  
Precista  
contra-  
henti ma-  
rimonio  
possit al-  
terum sur-  
rogare?*

DECIMO QUINTO quæritur, si Precista contrahat matrimonium, aut ipsi-  
salia de præsentibus, quo casu Precista suis censetur renunciare Precibus, gl. & DD.  
in c. uno, de cler. coniug. in 6. an Cæsar possit huic alterum surrogare? Ita videri-  
tur: quia quamdiu Preces non sunt sortitæ effectum, Jus nominandi Cæsari  
competens non censetur extinctum, per ea quæ supra ostendi in glo. verò quod  
si per te vers. quinto quæritur. Ad quid si contraxerit matrimonium & non ten-  
uerit? dicendum Precistam non excidere suis Precibus per Reg. non præstat  
impedimentum quod de iure non sortitur effectum, de Reg. iur. in 6. Imò, qui  
impetravit primam vacaturam, & interim uxorem duxerit, poterit nihilomi-  
nus si tempore vacantis præbendæ uxor sit mortua, primam vacaturam ob-  
tinere, verba sunt Angeli in §. 1. n. 1. in ff. Quibus mod. ius pat. potest sol. In quo ta-  
men ego subsisto. Cæterum quod dixi in casum matrimonii posse Cæsarem  
Precistæ alterum surrogare: Extende 1. si Precista suis Precibus renunciave-  
rit, quia potest quis privilegio in suum favorem introducto renunciare, L. si  
quis in conscribendo, C. de Episcopis & Clericis, cap. si diligenti, de foro competentis; id-  
que sive expressè, sive tacitè, quia hoc casu tantum operatur tacitum, sicut ex-  
pressum, arg. L. cum quid, ff. si certum petatur, & ibi laic. las. eoq; casu alterum, sur-  
rogabit, per prædicta. Tacitè autem censetur renunciare, si Precista efficiatur  
miles; qui enim arma militaria exercet, perdit privilegium Clericorum: quia  
facit actum contrarium clericatui, Innoc. in cap. 1. in Audientia, de sentent. excom.  
Imò perdit beneficium si quod habet, Flami. Paris, de Resig. benef. lib. 1. quæst. 1.  
n. 22. & ita in terminis decidit Senatus Sabaudie apud Ant. Fabrum l. 1. de sen-  
for. tit. 3. de s. 25. Idemque dicendum de milite cœlestis militiæ: unde si Pre-  
cista cucullam monasticam sumat, professionemque emittat, cadit iure Pre-  
cium, Probus tract. iuris Regalium quæst. 6. potestque denuo Cæsarium in eius  
locum surrogare, iuribus dictis.

DECIMO SEXTO quæritur, an Cæsareæ Preces sint iuris favorabilis, vel  
odiosi. Pro affirmativa facit quod pontifex motus fuit ob favorem, & me-  
rita

PRIVILEGIUM  
REGULARIUM  
ET  
COMMENTARIUM  
IN REGULAS  
CANCELLARIUM  
APOSTOLICUM  
L. III  
8

An Preces  
sunt juris  
favorabi-  
lis vel o-  
diose?

tita Cæsaris; ut enim sciatur an actus sit favorabilis, vel odiosus, inspiciendum semper est an agens motus fuerit ob favorem, vel odium; Bald. in L. 1. Col. 10. vers. sed hic quæro de effectu, C. de sum. Trinit. Bart. L. Exceptionem, ff. de cond. indeb. Regulariterque leges, statuta, privilegia, Indulta censentur favorabilia vel odiosa ex principali intentione concedentium. Bald. conf. 433. Domina Ioanna, Col. 2. lib. 3. & in l. venta, C. de in jus voc. and. Milis in repertorio, verb. Lex dicitur favorabilis. Denique privilegia Principum late sunt interpretanda, L. ult. ff. de constit. princip. ubi DD. Nominaciones autem seu Preces Primariæ sunt ad instar privilegij, Rebuff. ad Concordat. tit. de collatio §. movemus, verbo declaramus. Verius tamen est Preces has Cæsareas esse juris odiosæ, & proinde restringendas; Ratio est, quia recedunt à jure communi: Imperator enim jure communi jus beneficii conferendi, aut ad ea nominandi jure proprio non habet, sed ex privilegio, Selva de benef. omne autem privilegium contra jus commune strictè intelligi debet, & interpretari, c. porrò de privileg. in 6. Card. Tuschus tom. 6. prædic. concl. 731. & omnis recessus à jure communi est odiosus atque restringendus, Abb. in cap. cum dilectus, de consuet. cap. x. & z. de filiis Presbyt. cap. qua. à jure communi, de Reg. juris in 6. L. quod vero, ff. de Legibus: Ideoque Rescripta, Privilegia, Gratia Pontificum, in quantum à jure communi recedunt, juris sunt odiosæ, & restringenda, late Fely. c. causam que, de Rescript. 10. Bapt. Leonellus, de surrept. Rescript. quaest. 3. art. 7. Tiraq. de Retr. consang. §. 1. glo. 9. nu. 180. & Lucifime §. 35. glo. 1. Rebuff. in præci. benef. part. 1. tit. Differentia inter privilegium & Rescriptum, nu. 23. in fi. Non obstant in contrarium adducta: Et quidem primum. Licet enim Preces concessæ sint in favorem Imperatorum, tamen cum concurrat etiam præjudicium ordinariorum, censeri debent odiosæ, quia cum in aliqua dispositione concurrat favor, & odium, ea debet simpliciter censeri odiosæ, Io. And. in c. ult. glo. §. ubi Anchor. dominic. Franc. nu. 6. de supplend. neglig. Prælat. in 6. Bald. L. 1. col. 1. vers. Item nota quod privilegium, ff. de constit. Princip. Milis in repert. verb. lex dicitur favorabilis, & vers. privilegium si in uno. Sed nec secundum obstat: Privilegia enim admittunt interpretationem extensivam respectu concedentis, Abb. in cap. olim, nu. 7. de verb. signif. Iason. & DD. l. beneficium, ff. de constit. Castren. L. 2. C. de in jus voc. ubi etiam DD. Milis in repert. ver. privilegium Principis contra eum; Non etiam contra tertium, cui præter juris communis dispositionem adversantur DD. iam citati omnis enim à jure communi recessus est odiosus, & restringendus, §. 1. & 2. ubi DD. de filiis Presbyt. in 6. Abb. d. c. olim, nu. 3. de verb. signif. late Tiraq. de retr. consang. in præfat. nu. 67. Confirmatur: quia Cæsaris hac in re potestas est extraordinaria, & idè ad instar Jurisdictionis demandatæ odiosa & restringenda. Navar. conf. 3. de off. de leg. glo. in Clem. 2. de off. ordin. Guiter. ad Pragm. sanctio. titulo de collationibus, §. & quia, glo. verbi formam.

DECIMO SEPTIMO quæritur, an Cæsar Primarias Preces alicui concessas possit revocare; distinguo, aut jus est quæsitum Precistæ, & non potest, quia licet Princeps possit revocare sine causa suum privilegium, *Fely. in cap. qua in Ecclesiarum nu. 55. versic. secundo confirmatur, de consuet.* tamen quando Princeps alicui benemerito donat vel concedit (ut facit Precistis) non debet facultas hujusmodi seu donatio auferri sine causa ab ipso, *text. in L. Aquilius, & in L. si pater in si. ff. de donat. Baldus in L. que ex relationibus 3. not. C. de leg. Alex. cons. 10. visis nu. 1. lib. 2. Afflic. decis. 128. nu. 10. Curt. in cons. 174. in causa vertente nu. 24. Dec. cons. 286. In causa communitatis col. 3. nu. 7.* Aut jus non est quæsitum Precistæ, sed tantum nomen eius in albo seu Rotulo Cæsaris descriptum est, & tum haud dubium, quin Cæsar possit revocare. Neque enim per Inscriptionem in Rotulo ius aliquod in re, seu ad rem acquiritur, sed est tantum nuda annotatio ad Principis memoriam, non ex tempore inscriptionis iuris alicuius concessio, ideoque sic inscripti, & nominati expectantes dicuntur, non provisi, *cap. ult. de concess. preb. sed in suspenso hærentes quorum ius non est irrevocabile, sed conditionale, VVames. cons. 263. nu. 2. & 4. qua de re adhuc supra egi. versic. Tertio quæritur.*

**b PER SACRVM ROMANVM IMPERIVM**) Imperatori Preces tantum conceduntur per Imperium, quia per illud superioritatem habet, non autem in aliis regnis, aut terræ dominiis; *Navarrus in Rub. de iudic. nota. 3. nu. 156. ubi reprobatur illud Imperatoris Antonini: Ego Dominus mundi, de quo in l. de precatio, 9 ff. ad l. Rhod. de iactu.* Dubitari interim potest si Collator seu Collatrix, utpotè Abbas vel Episcopus, aut Abbatissa non sit incola Germaniæ, seu Imperii, & habeat quatuor beneficia in Imperio, ut hic postea statuitur, an gravari precibus possit? Pro affirmativa facit quòd S. Pontifex gravet indistinctè Ordinarios habentes collationem quatuor beneficiorum per S. Rom. Imperium constitutorum, & sic non tam respexit Pontifex domicilium Collatoris, quam locum, ubi beneficia constituta sunt, quòd & in Nominacionibus Universitatum obtinere scribit *Rebuff. tract. nominat. quest. 15. nu. 56. & idèd, inquit, non curo, ubi sit Collator, dummodò beneficia in regno sita sint, tendant ergo retia sua nominati, id est, nominationes suas etiam extra regnū dum tamen modò beneficia in regno sita sint. Quo exemplo dici potest, delegatum à latere in Germania existentem posse conferre beneficia sita in Germania etiam si collatores essent in Francia, aut Hispania, non enim attenditur persona Prælati ad quem spectat collatio beneficij, sed locus, ubi situm est beneficium, *Mohedanus decis. 3. de prebend. ubi fuit resolutum beneficium consistens extra Franciam cadere sub concordatis Franciæ, quando collator est Abbas unius Monasterij de Francia, Gonzalez ad Reg. VIII. Cancell. gloss. 10. nu. 30.* Hinc fit ut si quis impetraverit à Cæsare gratiam expectativam, seu Preces ad collationem Abbatis certæ loci, qui ante vacationem alicuius beneficii*

*Quæritur per Imperium Preces conceduntur:*

*Quid si collator non sit incola Germaniæ & Beneficia aut in Germania, an illa Preces ad collationem assignentur?*

PRIVILEGIUM  
REGVLARIVM  
ET  
COMMENTARIUM  
IN REGVLAS  
CANCELLARIVM  
APOSTOLICORVM  
L. III  
L. III  
8